

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Studium ag cum fonte primo

	→	“Quemadmodum” [Demetrius Cynicus] inquit “magnus <u>luctator</u> est, non qui omnis numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub aduersario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene ac diligenter exercuit et eorum occasiones intentus expectat
Non refert quam multa sciat luctator, si scit, quantum uictorie satis est. Sic in studio multa delectant, pauca uincunt; licet nescias que ratio oceanum effundat et reuocet,	←	(neque enim <u>refert, quam multa sciat, si scit, quantum uictoriae satis est</u>), sic <u>in hoc studio multa delectant, pauca uincunt. Licet nescias, quae ratio oceanum effundat et reuocet</u> , quare septimus quisque annus aetati signum inprimat, quare latitudo porticus ex remoto spectantibus non seruet portionem suam, sed ultima in angustius coeant et columnarum nouissime interualla iungantur, <u>quid sit, quod geminorum conceptum separet, partum iungat, utrum unus concubitus spargatur in duos an totiens concepti sint, cur pariter natis fata diuersa sint</u> maximisque rerum spatiis distent, quorum inter ortus minimum interest: <u>non multum tibi nocebit transisse, quae nec licet scire nec prodest.</u> Inuoluta ueritas in alto latet. Nec de malignitate naturae queri possumus, quia nullius rei difficilis inuentio est, nisi cuius hic unus inuentae fructus est inuenisse; <u>quidquid nos meliores beatosque facturum est, aut in aperto aut in proximo posuit....”</u>
quid sit quod geminorum conceptum separet, partum tamen iungat, utrum unus concubitus spargatur in duos an totiens concepisset, cur pariter natis fata diuersa sint,		
non multum tibi nocebit transisse que nec licet scire nec prodest.		
Quicquid enim nos meliores beatosque facturum est, aut in aperto aut in proximo posuit.		
Seneca ibidem (libro I. de beneficiis).		Lucius Annaeus Seneca, <i>De beneficiis</i> , 7, 1, 4-6 (F. Préchac ed., p.76).